accidiam. in azymo furfur aua-
ricie. in mundicia feditatē luxu-
rie. in ſcꝑtura hebetudinē gule.
Hijs ab anima lōge actis. ſuas
oꝑationes diuinas operari ꝑua
let hoſtia diuina. Cibus eni eſt.
nō mortuoꝝ ſed viuentiū. nec in
firmorū ſed ſanorū. Creſce inq̇t
Augꝰ. et manducabis me E
¶ Hanc etiam receptaculoꝝ no-
ſtrorū diſpoſitionē nō melius ni
ſi ꝑ doctrinam xp̄i habere poſſu
mus. qui hoc ſacramentū inſti-
tuit. et virtutē eiꝰ qui ſe in cibuʒ
nobis tribuit in hoc ſacramēto.
Cuiꝰ nedū verba ſʒ et facta do-
ctrine ſunt p̄dicamēta. Ipſe eni
eſt via qua portamur. veritas q

ducimur. vita qua cibati viuifi-
camur. Attendamꝰ ergo que
in huiꝰ ſacramẽti inſtitutione fe
cit et dixit. Eleuauit oculos ad
patrem ɔtra ſuperbiã. Gratias
ꝓ nobis egit cõtra inuidiã. Be-
nedixit cõtra auariciam. Fregit
contra iram. Diſcipulis ſuis de
dit contra luxuriam. Ut accipe-
rent ⁊ mãducarẽt ꝑcepit ɔ gulã.
Sint ſex illa in nobis. quibꝫ ad
di poteſt ſeptimũ ſumẽdi ardẽs
deſiderium. Nam ⁊ ipſe deſide-
rio deſiderauit cũ diſcipulis ſu-
is manducare hoc paſcha anteq̃
pateret. Luc. 22. et hoc cõtra ac-
cidiam. ¶ Chriſtus dñs hoc ſa
cramentũ ɔſecraturꝰ et diſcipu-
lis tradituꝝ. oculos ad patrẽ le
uauit. Qd̕ ⁊ frequenter in ardu
is operibus feciſſe legitur. ſigni-
ficans ſe a pr̃e oĩa habere. ſic na-
turam diuinã. ita potentiã. ſapi
entiam. ⁊ oẽm ꝑfectionem. Si-
quidez ſm b. Aug. Quidquid
habet naſcendo recepit a patre.
Quo arduitas facti ⁊ dignitas
ſacramenti ſignificat ſm Alex.
Nõ eni ſic in alioꝝ ſacramẽtoꝝ
inſtitutiõe feciſſe legit. Uñ d̕ eiꝰ
excellentia ſup cetera ſacramẽta
hr̃ de cõſe. diſ. 2. Nihil. Nihil i
ſacrificijs maiꝰ eſſe poteſt q̃ cor
pus ⁊ ſanguis xp̃i ⁊c. Ita leuent
oculi mentis nr̃e ad patrẽ. Ocu-
lus mentis intẽtio eſt animi que
ſi ſimplex fuerit totũ corpus luci
dum erit. Matth. 6. Sit inten

tio nr̃a ſimplex ad deũ nõ reflexa
ad nos ⁊ terrena Nemo accedat
ex ſola ɔſuetudine. ypochriſi. ſi-
mulatiõe. verecũdia. aut hũano
timore. Sz ex obediẽtia ⁊ grati
tudine. ex diuini honoris ac ꝑfe
ctiõis magnitudie. ex deſiderio
vniendi ſe d̕o. ⁊ ɔſequẽdi fructꝰ
ſpũales huiꝰ ſacri. ¶ F Gr̃as
egit deo d̕ tãto dono. de tã excel
lẽti gr̃a. de tã efficaci cibo. ſacro
digniſſimo. et miſterio tam pro-
fundo. qd̕ nr̃am ſalutẽ tã mirifi
ce opat. Nos itaq̃ et deuotiſſi-
mas gratiarũactiões deo offera
mus. cognoſcẽtes nr̃am indigni
tatẽ cũ petro ⁊ cẽturiõe. qui ſe in
dignos iudicarũt recipere dñm
Unꝰ in naui d̕. Exi a me dñe q̇r
p. ſ. Luc. 6. Aliꝰ. Dñe nõ ſum di
gnus ⁊c. Matth. 8. Neq̃ enim
petro ſumꝰ feruẽtiores. nec cẽtu
rione fideliores. q̇ꝛ primo dixit.
Joh. 21. Amas me. Paſce oues
meas. Scd̕o. Nõ inueni tantã
fidẽ in iſrael. Matth. 8. Hinc
Eph. 5. Gr̃as agẽtes ſemp i oĩ-
bus i no. dñi nr̃i ieſu xp̃i deo pr̃i
Si ꝓ oibꝫ. q̃to magis ꝓ dono
iſto maximo. Hinc Beda. Gra
tias egit nobis in exẽplũ. vt ⁊ de
um in ſingulis actibꝰ nr̃is p̃ ocu
lis habẽtes. gr̃arũactiões de oĩ-
bus bonis referamꝰ. Et ſequit.
Sic de veteribꝫ terminãdis. ſic
de nouis incipiẽdis gratias egit
chriſtꝰ. nobis ꝑiter exemplũ tri-
buens in omĩs boni inchoatiõe

vel pfectione. patrez qui in celis
eſt glorificandum eſſe. ¶ Bene
dixit cõuertendo terrenã ſubſtã
tiaz in corpus ſuũ ac ſeipm̃. Q̃ď
quõ fiat nõ eſt nr̃m pſcrutari ne
a gl'ia opp̃mamur. Sufficit cre
dere q ibi eſt corpus chriſti ſm
ſe et qď libet ſui pane deſinente.
et manentib⁹ ſpecieb⁹ panis ſub
quibus eſt corpus xp̃i. Et nos a
terrenis ad dominũ ꝯuertamur
per firmũ ꝓpoſitum. p noſtre vo
luntatis ꝯformitatẽ deo adherẽ
di. vt ſim⁹ vn⁹ ſpũs cũ eo. dicen-
tes cũ apl'o. Uiuo ego. nõ ego. ſz
viuit in me chriſt⁹. ¶ S Fre-
git in partes nõ corpus ſuũ ſz ſa
cramentũ. i. ſpecies panis. diſtri
buens ſingulis totũ corpus ſuũ
ſub pticulis ſingulis. Frãgam⁹
et nos p diſcretionẽ ſm illud ſa
lo. Ad menſam magnã ſediſti at
tẽde q̃ apponunt̃ tibi. et. j. Cor.
10. Quicũqz manducat et bibit
indigne iudiciũ ſibi mã. rbi. nõ
di. c. dñi. Judicio ſcz diſcretio-
nis ſm glo. Debet aũt in nobis
eſſe triplex diſcretio. ſcz cibi illi⁹
ſpũalis a corporali. Diſcretio cõ
tentorũ a continẽtib⁹ ſcz corpis
chriſti a ſacramento. vt non hoc
qď videt̃ xp̃c eſſe credat̃. declara
Diſcretio ſuiipſius. i. inquiſitio
ꝓprie cõſcientie. ſm illud. Pro-
bet aũt ſeipſum homo ꝛc̃. ¶ De
dit diſcipulis ſuis. veris nõ alie
nis nec falſis ad ſalutem. quoni
am et ſi iudas accepit nõ tamen
ad vitam ſed ad mortem. Unde
poſtq̃ȝ accepit bucellaz. intrauit
in eũ ſatanas ꝛ deſperans ſe ſu-
ſpendit. ¶ S Simus et nos nõ fi
cti ſed veri chriſti diſcipl'i. quia
nemo alius hoc ſacramẽtum ſu-
mere poteſt. ad vitam. Sũt aũt
veri chriſti diſcipuli qui qď ſũ-
mus veritat̃ magiſter de hoc ſa
cramento credenduz tradidit..
firmiter credunt. Ideo non fue
runt veri diſcipuli. q̃ audita chri
ſti predicatione de hoc ſacramẽ-
to retrorſum abierunt di. Quõ
poteſt hic nobis dare carnẽ ſuã
ad manducandũ? Durus eſt hic
ſermo. Quis poteſt eum ſuſtine
re. Diſcipuli chriſti ſunt qui ei⁹
obtemperant mãdatis. Sic ait
Joh. 15. Uos amici mei eſtis ſi
feceritis q̃ precipio vobis. Ami-
ci ſunt et diſcipuli. ideo veri di-
ſcipuli nõ ſunt quibus dixit do-
minus. Uos propter traditiões
veſtras irritum feciſtis manda-
tum dei. Matth. 15. Diſcipuli
chriſti ſunt qui fraterna carita-
te valide ſolidant̃. Joh. 13. In h̃
cognoſcent omẽs q mei eſtis di-
ſcipuli ſi dilectionem habueritꝭ
ad inuicem. Hec dilectio diſcer
nit filios ac diſcipulos dei a di-
ſcipulis dyaboli. Sacramentũ
igitur caritatis nemo ſumat qui
fuerit expers caritatis.
¶ H Ut acciperent ꝛ man
ducaret precepit dicẽs. Accipite
ſ. cum beniuolentia. Non rapite

cum violentia. qꝛ quod vob porrigitur panis eſt filiorum qui ſumendus eſt cum amore de manu donantis. Nō rapiēdus vi aut violēta extorſione. Ne forte magis rapinam cōmitteret. dū tollit alienū quidē. q̄ꝫ acciperet reuerenter qđ gratuito et liberaliter miniſtrat dominꝰ oīm. Rapiunt aūt violenter qui vel excōmunicati. ſuſpenſi vel interdicti ab eccleſia vel ꝯfeſſore ꝓhibiti. aut mortalibus peccatis obnoxij. veluti lupi ⁊ canes immundi panem hunc filioꝝ. canibus non mittendū accipiūt. Magis eligentes hac ſumptione peccata q̄ dimittere nolunt palliare. q̄ꝫ per humilem ſue indignitatis recognitionem ad tempus abſtinere donec mundati. pura poſſint cōſcientia ſalubriter mādu care. accepturi eum de manibus donantis humiliter ⁊ deuote. Ait ergo chriſtus. Accipite cum deuotione ⁊ manducate cum veneratione. vel accipite per fidem. maducate per caritatez. vel ſm̄ d. Inno. Accipite ſacramētaliter. mā ducate ſpiritualiter.

## In cena domini de diuiniſſimo eucariſtie ſacramento ſermo. V. in ordine XXIIII.

Deſiderio dſideraui hoc paſcha manducare vobiſcū ān̄q̄ꝫ patiar. Lu. 22.

☞ A Scdm Hugonē in de laudibus caritatis. ſola caritas deum trahere potuit de celo ad terras. ꝓpter nimiam enī caritatem ſuam. deus cum adhuc peccatores eſſemꝰ ꝓ nobis mortuus eſt. Ad Ro. 5. Ipſe deniq̄ꝫ omnibus diebus vite ſue pro nobis in feruētiſſimo deſiderio ſalutis noſtre laborauit. currendo predicando. miracula faciendo. ⁊c̄. Et quare hec omnia? nimirū caritate victus. caritatis opus ꝑficere conabatur. Cuius opus ē vnire animas amato. hinc rogabat patrem ꝓ omnibus qui credituri erant. vt ſicuc pater in ſe ⁊ ipſe in patre. ita et in eis vnū eſſent. Joh. 17. Uniuit vtiq̄ꝫ ſibi hominem per naturā in benedicta ſui incarnatione. Uniuit ꝑ caritatem in peccatorū remiſſione. ac ceterorū beneficiorum exhibitione. Reſtabat adhuc vnꝰ et maximus vniendi modus viatori poſſibilis. quo ita id qđ vnitur tranſit in aliud. vt iam non ſua ſed quaſi alterius vita viuat Hoc modo cibus vnitur cibato in cuius naturam per digeſtiuaꝫ cōuertitur virtutem. Sic enim nutrimentum non in ſe. ſed in viuentis animalis natura. in quā iam eſt cōuerſum viuere comprobatur. Ut ergo vndiq̄ꝫ perfecte chriſto vniremur. Uoluit etiam ſe nobis tradere in cibum. et ſan

guinem ſuū in potū. q̄tin⁹ ſic in
eū vnitiue conuerteremur. in ip̄o
q; propriā carnalitatis naturam
obliti viueremus. Diceremuſq;
Uiuo ego. Nō ego. ſed viuit in
me chriſtus. Ad Gal. 2. De quo
etiam Aug⁹ in pſona chriſti ait.
Cibus ſum grandiū. creſce ⁊ mā
ducabis me. non ego in te. ſed tu
mutaberis in me. Hec deniq; re
fectio vnionem ſummā quā i be
atitudine expectamus ⁊ ſignifi-
cat et in pignore repromittit. q̀s
enī vel dubitare poſſit xp̄o ſe in
eternitate fruiturum. cui adhuc
mortali chriſtus ſe dedit in cibū
et potum. Hoc paſcha verū du-
dum legali agno ⁊ manna p̄figu
ratum. in paſſionis memoriam a
domino iam paſſuro. p finali et
maximo munere collatum. q̄d li-
cet longe prius dare deſiderauit
prius tn̄ conferre nō expediuit.
Sed appropinquante iam paſſi
onis hora. duplicato deſiderio.
memorie ſcz paſſionis cōmendā
de. hoc q̄cienſcunq; feceritis in
mei memoriam facietis. et nos ſi
bi per gratiam incorporandi. ſe
nobis dedit in cibum. datur⁹ ci
to ſe nobis p mortē in preciū q̄d
deſideriū duplex diſcipl'is ſuis
volens exprimere ait. Poſt ſum
ptum tipicū agnū. deſiderio de-
ſideraui hoc paſcha manducare
vobiſcū. q̄ fuere v̄ba in p̄ncipio
pp̄oſita. de quib⁹ vt aliq̄d dicā
p gratia Aue maria. ¶ In qui-
bus verbis tangitur cibātis de-
ſiderij immenſitas. quia deſide-
rio deſideraui. Singularis cibi
dignitas. q; hoc paſcha. Sum
ptiōis diſcreta modalitas. quia
manducare vobiſcū nō vorare.
ſed cū diſcretiōe mādibulis ma-
ſticare. ⁊ nō cū omnib; ſed vobis
diſcipulis meis. p̄mo i nobis re-
ſpondere debet amor feruēs. ſe-
cundo reuerentia ingens. tercio
puritas candens. Sed p̄mis
duobus nūc dimiſſis pp̄ter bre-
uitatem. tercio q̄d nobis magis
eſt neceſſarium decreui immorā-
dum. q̄d eſt diſcreta modalitas
ſumptōꝫ. Nā ſm apl'm. j. Cor.
11. Judiciū ſibi manducat quiſ-
quis indigne māducat. nō diju-
dicans. i. diſcernens corpus dn̄i
¶ Quō aūt diſcernere debem⁹
et corpus dn̄i ⁊ noſipſos. oportu
ne inſtruimur p ea que geſta ſūt
in cena domini. Et quidē referē
te. Joh. 13. Priuſq; ad hanc di-
gniſſimam cenā conſediſſet. ſur-
git a cena agni tipici quod preci
puum erat inter ſacramenta ve-
teris teſtamenti ſacrificiū. i mor
te ſua terminandū. ac noue legis
ſacramenta ſubſtituenda vt ait
Magiſter diſ. 8. quarti. Depo-
nit veſtimenta. Accepit lintheū.
p̄cinxit ſe. Añ diſcipuloꝝ pedes
pcubuit. pedes eoꝝ lauare cepit
Iteꝝ ad mēſaz recūbēs q̄ fecerat
gr̄a ſignificatiōis diſcipl'os eru
diuit. Et ſic ad corpis ſui ꝯſecra

tionem ⁊ participationem ꝓceſ-
ſit. ¶ Que ſex in nobis miſtice
reperta fuerint. ſecure accedemꝰ
nec ſine furctu ſumemus. hec ip-
ſa deniqꝫ dudū in paſchalis ag-
ni comeſtione ſunt antiquitꝰ fi-
gurata. ☞ ¶ ℄ Primo igiť
Surgere debemꝰ a veteri cena.
ac veſtimēta deponere vetuſtatꝭ
ad qđ nos hortať aplꝰus Col. 3.
expoliātes vos veterē hominem
cum actibus ſuis. vetus homo
noſter voluntas eſt peccandi. in
quā incidimus per adam veterē
in quo omēs moriuntur. Opor-
tet ergo q̄ꝫtum ad hunc articulū
omnia ⁊ ſingula peccata morta-
lia p̄ſertim. iam reliquiſſe per ve
ram contritionem. ⁊ firmum ꝓ-
poſitum nunq̄ꝫ repetendi. Nec
hoc ſufficit. ſꝫ etiā requiriť ꝯfeſ-
ſio vocalis preuia omniū pecca-
torum criminalium prius nō cō-
feſſorū. Cuius cauſam aſſignat
Sco. li. 4. diſ. 9. quia nō tantū
debet reconciliari deo. ſed etiaꝫ
eccleſie. qui digne ſumere vult ſa
cramentū vnitatis eccleſie Ideo
deniqꝫ eccleſia inſtituit. vt in pa
ſchate omnis vtriuſqꝫ ſexus oīa
ſua peccata ꝓprio confiteatur ſa
cerdoti. quatinus tunc digne cō
municet. et eadem ratione quo-
cunqꝫ tempore cōmunicare volu
erit. conſcius đ crimine. tenetur
ſe prius per cōfeſſionis ſacramē-
tū expurgare. De hoc Hugo di-
cit in libro de poteſtate li. et ſol.
Audacter dico ſi ante ſacerdotꝭ
abſolutioneꝫ ad cōmunionē cor
poris et ſanguinis chriſti q̇s ac-
ceſſerit. ꝓ certo iudiciū ſibi man
ducat et bibit. etiam ſi eum iam
multum peniteat. et vehementer
doleat et ingemiſcat. hoc tamen
verū eſt vt dicit Sco. vbi. s. ni-
ſi excuſet neceſſitas celebrandi.
aut ſcandalum ꝓximorum. tunc
enim ſi oportunitas ꝯfitendi nō
ſit ſtante contritione poteſt quis
accedere. Nꝫ ſi neceſſitas et ſcan
dalum nō vrgeat. debet potius
et ſacerdos et laicus cōmunionē
ſuſpēdere donec prius occurrat
oportunitas cōfitendi. ¶ De ve
nialibus autem licet ſit congruū
de eis conteri et confiteri. nō ta-
men đ neceſſitate requiritur. ita
ꝙ non faciens nouo peccet pecca
to. Et in huius figurā comeden
tes agnum tipicum ſtabant ere-
cti ſcꝫ a peccati curuitate. parati
ad ambulandum. de tenebris e-
gypti per terram ꝓmiſſionis. per
bonum ꝓpoſituꝫ emendationis
vite. ☞ ¶ D Scōm oportet
precingere lumbos cingulo fidei
Sic precinctus erat chriſtꝰ dicē
te. Iſa. Et erit fides cinctoriuꝫ
renū eius. eiuſdem. 11. Hec fides
ſingulariter ( accedēti ad hoc ſa
cramentū )eſt neceſſaria tāto ma
gis q̄ꝫto maiora fecit deꝰ hic mi-
rabilia. Credamus ergo firmi-
ter ſub ſpeciebus panis ⁊ vini cō
tineri. verum corpus chriſti. na-
tum de virgine. paſſum in cruce.
et iam glorioſum regnans ad pa

tris dexteram. idem in celo et al-
tari. idem ſub multis ſpeciebus.
idem deniqꝫ et totum ſub quali-
bet ſpeciei panis ⁊ vini parte cor-
pus. tale quale eſt in celo. i. corpꝰ
viuum cũ anima ſanguine ⁊ dei-
tate. hec etſi omnia nõ intelliga-
mus indubitanter tñ credere o-
portet. quoniam hec eſt fides ec-
cleſie que eſt firma petra. cui ſi in
heſerimus. nec venti ſcrupulorũ
nec flumina fantaſmatum moue
bunt. nec cademꝰ. hec oĩa ꝓbare
nunc reſcindo. Quidquid enim
humane infirmitati ⁊c̃. ſicut ha-
bes in tractatu ſuper Canonem
clare. hanc fidem qui non habe-
rẽt. vel ex malicia vel ratiõis de-
fectu. accedere nõ deberẽt. quo-
niam illi non poſſunt diſcernere
cibum iſtum ab alio cibo corpo-
rali. quos indigne ſuſcipere di-
cit Aplꝰus. j. Cor. ıı. Qui enim
manducat ⁊ bibit indigne. iudi-
cium ſibi manducat ⁊ bibit. non
diiudicãs corpus dñi. Et ꝑ hoc
poteritis filios ⁊ filias examina
re. ſi accedere debent vel abſtine
re. q̃ꝫdiu enĩ nõ poſſunt diſtincte
cognoſcere quid ſit ille cibus. ac
ipm̃ a ceteris diſcernere. ꝗ ſi or-
dinate interrogẽtur ſciri poteſt.
accedere nõ eſt tutũ. hec fides fi
guratur apud iudeos. cum iuſſi
ſunt baculos in manibus tenere
id eſt rectitudinem fidei in cor-
de habere. Et reliquias quas
manducare non poſſent. igni cõ-
cremare. Contra hoc faciũt. qui
hoc tẽpore paruulos ſuos ad cõ
municandum preparant per no-
uarum veſtium exornationez. o-
ris. faciei. ⁊ manuum lotionem.
Non illa eſt preparatio domino
placẽs ſed mentis purgatio. Nõ
lotis enĩ manibus ⁊c̃. Unde In
nocentius. Nõ lutum manuum
diuina ſacramenta cõtaminat.
ſed ſiq̃s indigne mãducat. Mul
to melius faceretis ſi in fide in-
ſtrueretis. ſi vt conſcientiã mun
darẽt informaretis. poteris hec
duo membra extendere. quia in
eis maior eſt vis.

¶ E Tercio congruit vt
lintheo accepto nos tegamꝰ. lin
theum candidum ſignas purita
tis teſtimonio caſtimoniaz. Ne
dum enĩ ab omni illicito cõcubi
tu abſtinere debent cõmunicatu
ri a quo etiam nõ communicari
omni tempore ſub pena mortꝫ e-
terne abſtinere debent. quoniaz
omnis fornicator hereditatẽ nõ
habet in reguo chriſti. Eph. 5. ⁊
Ro. j. verꝫ etiã a ꝓpriis vxoribꝰ
ↄgruit abſtinere. vñ Aug. Quo
ties vl' dies natiuitatꝫ vl' reliquie
feſtiuitates aduenerit. nõ ſolũ a
concubinarũ conſortio. ſed etiã
a propriis vxoribꝰ abſtinete. Ab
ſtinete inq̃ꝫ non exigentes debi-
tum. ſed exacti reddite vt al's di
xi. et habet magiſter diſ. 32. Lu.
14. ¶ Q autem dignum ſit ab-
ſtinere ab amplexibus etiam lici
tis. Patet exemplo Oze. qui q̃
arcam tetigit morte percuſſus in

teriȷ̈t. vt habet. 2. Regū. 6. Itē
audituri vocem angeli dantis p̄
cepta Exo. 19. Audierūt a moy-
ſe. Eſtote parati in diem terciū.
et ne appropinquetis vxoribꝰ ve
ſtris. Item nec licuit panes pro-
poſitionis edere niſi mundis eti
am ab vxoribꝰ ꝓpriȷ̈s. Hinc da
uid vt comederet panes propoſi
tionis. ſe dixit continuiſſe ab he
ri et nudiuſtertius. j. Regū. 21.
quia dixerat ſacerdos ſi mundi
ſunt pueri maxime a mulieribus
manducent. hanc mundiciam ſi
gnabant filiȷ̈ iſrael. cum mandu
cantes agnum lumbos precinxe
rūt. et lumbos p̄cingere ſm̄ Gre
go. eſt carnis luxuriam per conti
nentiā coartare. ¶ F Quarto
ꝓcumbamus in terrā per ꝓfun-
dam humilitatem ac dei timorē
Magna enim et nimis ꝓfunda
fuit humilitas. q̄ dn̄s. filiꝰ dei
ſe inclinauit in terram. ac diſci-
pulorum ſuorum ſimpliciū. et ru
ſticorum hominum ſanctis ſuis
manibus lauit pedes. veriſimili
ter lutoſos. quia dicit Lyra diſ
calciati incedebant. De q̄ Bern̄
ait. O mira pietas. o noua et in-
audita humilitas. chriſtꝰ dei fi-
lius ad fundendum ſanguinem
de pura ⁊ intemerata virgine na
tus rex regum et dominꝰ domi-
nantiū. ante diſcipulos veneran
da genua flectit. humiles et pro-
cliues eoꝝ pedes lauit Subdit.
Quid tibi o homo quicunqꝫ es.
quid tibi videt de creatore tuo.
Ecce pronus lauit pedes ſuis di
ſcipulis. et tu dedignaris recon-
ciliari fratribꝰ offenſis. In quo
dyaboli ſuperbiam ſequeris. et
chriſti humilitatem contemnis.
nō perpendens qd̄ ſcriptum eſt.
Deus ſuperbis reſiſtit humilib⁹
sūt dat gratiam. hec Bern̄.
¶ Ecce qualis noſtra debet eſſe
humilitas. nedum ad deum. Fa
cile enim eſt ſe coram deo humi-
liare. et ſi nō in exteriori ſigno tn̄
mente. Nemo enī eſt (niſi ratio-
nis expers fuerit) quin ſentiet
fragile lutum deo comparari nō
poſſe. Nos lutum eſſe. doloroſa
docet experientia quotidiana. q̄
videmus alterum poſt alteꝝ tu-
mulari. Sed et alia humilitate
opus eſt ad ꝓximum. vt nō ſuꝑ-
biam. iram. diſcordiam. inimici
ciam teneamus. Sed chriſti ex-
emplo nos preueniamus inuicē
humilitate. j. Pet. 5. Cognoſcē
tes nos in multis plus deū offen
diſſe q̄ȝ offenſos eſſe. quā dei of-
fenſaȝ expiare nō valemꝰ. niſi pri
us ꝓximo dimittamus. Omi-
no ergo neceſſarium. omneȝ cor-
dis rancorem deponere. dicente
domino. Si offers munꝰ ad al-
tare. et recordatus fueris q̄ fra
ter tuus habet aliq̄d aduerſum
te. relinque ibi munus tuū an̄
altare. et vade prius reconciliari
fratri tuo. et tunc veniēs offeres
munus tuum. Matth. 5. Si h̄
de quolibet munere. q̄to magis
de ſumma hac oblatione.

G ¶ Quintū coincidit cū q̃rto
ne dū enī dñs ꝓcubuit. ſ; etiā pe
des lauit. Pedes noſtri affectio
nes ſunt. quibus veluti pedibuſ
mouemur. in opus Aug. Amoꝛ
meus. pondus meū. hos lauare
opoꝛtet. ne per malum ꝓpoſitū.
vanas imo noxias delectatiōes
preteritoꝛū peccatoꝝ maculetur.
Lubꝛicus enim eſt humanꝰ affe
ctus. et dum circa tempoꝛalium
bonoꝛū lutū ambulat. facile ma
culat̃. Ideo etiam dñs ait Joh.
13. Qui lotus eſt. ſcz baptiſmat;
aut lacrimarū flumine. nō indi-
get niſi vt pedes lauet. Opoꝛtet
ergo habere purā ad deū affecti
onem. ip̃m omnibꝰ an̄ponendo.
paratā voluntatē ſuis mandat;
obediendo. nec ea ꝓpter q̃dcūq;
lucrū temp̃ale quocūq; tranſgre
diendo. Eſſet deniq; puriſſimꝰ
affectus. ſi nihil preter deum di-
ligeremus. cuiꝰ dilectionem nō
in deum oꝛdinaremus. Minus
te amat ait Augꝰ. qui tecū aliq̃d
amat. q̃d nō ꝓpter te amat. Ni-
ſi aūt prioꝛē affectus puritatē ha
beamus. pacē quā cibus ille tri-
buit nō cōſequemur. q; pax i ter
ra hominibꝫ bone voluntatis.
H ¶ Sexto reſidere debemꝰ ꝑ
mentis quietem. omnia imptinē
tia excludendo cogitationes no
ſtras ad nos reuocādo. diligen-
ter meditādo quis ſit ille cibus
quē ſumꝰ recepturi ſm ſalomo-
nis ca. 23. conſiliū. qñ ſederis vt
comedas cum p̄ncipe. diligenter
attende que poſita ſunt an̄ faciē
tuā. Cum p̄ncipe itaq; celi come
ſturus diligēter attēdat cibū. et
ſe ad multas virtutum actiones
actuabit. Attēdat q; deꝰ ē ſum-
mū ⁊ infinitū bonū. ⁊ humiliet̃.
q; iudex ſcrutatoꝛ coꝛdiū et reue
reatur. Judex equiſſimꝰ etiā iu-
ſticiarū nr̃aꝝ et timeat. redēptoꝛ
animaꝝ nr̃aꝝ ſanguis effuſione
et diligat. premiatoꝛ ac beatitu-
dinis largitoꝛ ⁊ ꝯcupiſcat. Sic
q; ad dñi exemplū etiā deſiderio
deſideret hoc paſcha mādu care
¶ Multa alia h̃ meditatio q̃cta
affert. ꝑ quā tandē exardeſcet di
uini amoꝛis ignis. Reflectat ni-
hilominꝰ ad ſeip̃m ſuas cogitatio
nes. ſtatū ſuū in q̃ eſt ꝯſiderādo
et ibi exquiſitā examinationē fa
ciēdo. ſi ea q̃ requirit faciat. hoc
enī pꝛimū eſt q̃d nos ligat. ſi i of-
ficio noſtro negligentes ſumus.
q̃ negligentia culpabili in animo
durate. nec orōnes q̃ntūlibet ꝓli
xe nob̃ deū nō placāt. Nō enī in
multiloq̃o placat̃ dñs. Matth.
5. Pauca quippe loqui et gran-
dia facere. hoc ē q̃d diligit dñs
Uide ḡ ſi i matrimonio es. ſi iu-
dex es. ſi clericꝰ es ⁊c̃. Ecce audi
ſtis ſex articulos ꝑ quos vos pꝛi
us ꝓbabitis. ⁊ ſic cum dño man
ducabitis hoc paſcha. q̃d mādu
care dñs cū deſiderio deſidera-
uit. ꝑ q̃d recipiet; arram in pn̄ti
a domino ſeiungi nō poſſe ꝑ fu-
turo. Q̃d nobis concedat idem
dominus. ⁊c̃.

# Monoteſſeron

Textus dominice paſſionis ex omnibꝰ quattuor Euangeliſtis collectus. cum rubro deſignante quid a quolibet ſcriptū eſt. dū tamen plures eandē ſententiā ⁊ verba ſinonima poſuerūt. vnius tantum verba poſita ſunt. Et poteſt legi continuanter nō obſtantibꝰ ſignaturis in rubro. Et deſignat M mattheū R marcū. L Lucā. J Johannē. Eſt etiam diuiſus in quattuor partes magnas. ⁊ quelibet partiū in quattuor articulos. licet materia ar. ſcde partis nō ſit cōtinua. quia ſeruatus eſt ordo hiſtorie ⁊ nō materie in illa ſcda pte. ¶ Incipit monoteſſeron. i. vnū ex quattuor.

M Et hymno dicto. J Egreſſus eſt ieſus cū diſcipulis ſuis trans torrentē cedron. L Scdm cōſuetudinē in montē oliuarū. M Venit in villā gethſemani. J vbi erat ortus. in quē introiuit ipſe et diſcipuli eiꝰ. Sciebat aūt et iudas qui tradebat eū. locū. qꝛ frequēter ieſus ꝯuenerat illuc cū diſcipulis ſuis. M Tūc dixit diſ. ſ. Sedete hic donec vadam illic ⁊ orem. Et aſſumpto petro ⁊ duobꝰ filijs zebedei. cepit cōtriſtari et meſtus eſſe. R pauere et tedere. Et ait illis. triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortē. Suſtinete hic ⁊ vigilate M mecū. L et orate ne intretis in tentationem. ☞ Et ipſe M ꝓgreſſus puſilluꝫ. L auulſus eſt ab eis qꝫtum iactus eſt lapidis. ⁊ poſitis genibꝰ. Articulus. 2.
R ꝓcidit ſup terrā M in faciē ſuā R orabat vt ſi fieri poſſet trāſiret ab eo hora ⁊ dixit. Abba pater. oīa tibi poſſibilia ſunt L ſi vis R trāſfer calicē hūc a me. Sed non qd ego volo ſꝫ qd tu M Et venit ad diſciplos ſuos ⁊ inuenit eos dormientes. ⁊ dicit petro R Simon dormis. M Sic nō potuiſtis vna hora vigilare mecū. vigilate et orate vt nō intretis in tentationē. Spūs quideꝫ ꝓmptꝰ eſt. caro aūt infirma. Iterū ſcdo abijt ⁊ orauit. d. Pater mi. ſi nō poteſt hic calix tranſire niſi bibā illum. fiat voluntas tua. Et venit iterū ⁊ inuenit eos dormiētes. Erāt enī oculi eoꝝ grauati R Et ignorabāt quid reſponderēt ei. M Et relictis illis abijt iteꝝ ⁊ orauit tertio eundē ſermonē dicens.
L ☞ Apparuit aūt illi angelus de celo ꝯfortans eū. et fa- Articulus. 3.
ctus in agonia ꝓlixius orauit. ☞ Et factus eſt ſudor eiꝰ Articulus. 4.
ſicut gutte ſanguinis decurrētis ī terrā. Et cū ſurrexiſſet ab

oratiõe ⁊ veniſſet ad diſcipulos ſuos. R tercio L inue
nit eos dormientes p̄ triſticia. ⁊ ait illis. q̇d dormitis. M
dormite ⁊ requieſcite R ſufficit M Ecce appropiqua-
bit hora. ⁊ filiꝰ hoīs tradet̄ in manꝰ pctōꝝ. Surgite eamus
ecce appropinq̄bit qui me tradet R ecce q̇ me tradet ꝓpe
Pars ſcd̄a ꝑn eſt. ☞ Et adhuc eo loquēte M ecce R iudas ſcari-
cipalis oth vnꝰ de duodecim. J Et cū accepiſſet cohortē ⁊ a pō-
Traditio iu- tificibꝫ ⁊ phariſeis miniſtros venit. et M cū eo turba mul
de. ta miſſi a ꝑncipibꝫ ſacerdotū R et ſcribis et ſeniorібꝰ. cuꝫ
gladijs. ⁊ lignis M et fuſtibꝫ J cū latn̄is facibꝫ ⁊ armis
M Qui aūt tradidit eū dedit eis ſignū di. Quēcūqꝫ oſcu-
latus fuero ipe eſt tenete eū R et ducite eū caute. L et
antecedebat eoꝝ. et appropinq̄uit ieſu vt oſcularet̄ eū. M
Et cōfeſtim R cū veniſſet ſtatim accedēs ad eum ait M
Aue rabbi et oſculatꝰ eſt eū. Dicit illi ieſus. Amice ad q̇d ve-
niſti. L Juda. oſculo filiū hoīs tradis. J Jeſus autē
ſciēs oīa q̄ ventura erāt ſup eū ꝓceſſit ⁊ dixit eis. Quē queri
tis? Rn̄derūt ei. Jeſum nazarenū. dicit eis ieſus. Ego ſum.
Stabat aūt ⁊ iudas q̇ tradidit eū cū ipſis. vt ergo dixit eis
ego ſum. abierūt retrorſum ⁊ ceciderunt in terrā. Jterū ergo
interrogauit eos. Quē queritis. Jlli autē dixerūt. ieſum na-
zarenum. Rn̄dit ieſus. Dixi vobis quia ego ſum. Si ḡ me q̄
ritis ſinite hos abire. vt impleret̄ ſermo quē dixit. qꝛ q̄s de-
Articulus. 2. diſti mihi nō perdidi ex eis quēq̄ꝫ. M Tūc acceſſerūt et
Cōprehenſio manꝰ iniecerūt in ieſum. ⁊ tenuerūt eū. L Uidētes aūt
domini hij. q̇ circa ipm erāt q̇d futuꝝ erat. dixerūt. Dn̄e ſi ꝑcutimꝰ in
gladio? Rn̄dens aūt ieſus ait. Sinite vſqꝫ huc J Simon
ergo petrus M vnus ex his qui erāt cū ieſu. J hn̄s gla
diū M extendēs manū. J eduxit eū ⁊ ꝑcuſſit pōtificis
ſeruū. et abſcidit auriculā eiꝰ dextrā. Erat aūt nomen ſeruo
malchus. dicit ḡ ieſus petro. Mitte gladiū tuū in vaginam.
Calicem quem dedit mihi pater nō vis vt bibam illū. M
Omnes enim qui acceperint gladium gladio peribunt. An
putas quia non poſſum rogare patrem meū et exhibebit mi-
hi plus q̄ꝫ duodecim legiones angelorum. Quomodo ergo
implebuntur ſcripture. quia ſic oportet fieri. L Et cum te
tigiſſet auriculam eius ſanauit eum. M Jn illa hora di

xit ieſus turbis L ad eos qui venerant ad ſe principes
ſacerdotum. et magiſtratus templi. et ſeniores. M Tã-
ꝙ̃ ad latronem exiſtis cum gladijs et fuſtibus comprehende
re me L cum quotidie vobiſcum fuerim in templo M
docẽs L non extendiſtis manus in me M ⁊ nõ me te
nuiſtis L Sed hec eſt hora veſtra et poteſtas tenebra-
rum. M Hoc aũt totum factum eſt vt implerentur ſcri
pture prophetarũ. Tunc diſcipuli omnes relicto eo fuge-
runt. R Adoleſcẽs aũt quidã ſequebat eum amict⁹ ſyn-
done ſuper nudo. et tenuerunt eum. At ille reiecto ſyndone
nudus ꝓfugit ab eis J Cohors autem. et tribun⁹ et mi
niſtri iudeorum. comprehenderunt ieſum. ⁊ ligauerunt eum
☞ Et adduxerunt eum ad annam primũ. Erat enĩ ſocer
cayphe. qui erat pontifex anni illius. Erat aũt caypbas qui
conſilium dedit iudeis. quia expedit vnum hominem mori
pro populo. Sequebat aũt ieſum ſimon petrus. ⁊ ali⁹ diſci-
pulus. Diſcipulus auteꝫ ille erat notus pontifici. ⁊ introiuit
cum ieſu in atrium pontificis. Petrus aũt ſtabat ad hoſtiuꝫ
foris. Exiuit ergo diſcipulus qui erat notus pontifici. et di
xit hoſtiarie. ⁊ introduxit petrũ. ☞ Dixit ergo petro an-
cilla hoſtiaria. Nunqd et ex diſcipulis es hoĩs iſtius. Dicit
ille. Non ſum. Stabãt aũt ſerui ⁊ miniſtri ad prunas. qꝛ fri-
gus erat. ⁊ calefaciebant ſe. Erat aũt cum eis ⁊ petrus ſtans
calefaciens ſe. L Quẽ cum vidiſſet ancilla quedaꝫ ſeden
tem ad lumen. ⁊ eum fuiſſet intuita dixit. Et hic cuꝫ illo erat
At ille negauit eum. M coram omnibus dicens. L
Mulier non noui illum. R Neqꝫ ſcio neqꝫ noui quid
dicas. Et exijt foras ante atrium. et gallus cãtauit. ☞ J
Pontifex ergo interrogabat ieſum de diſcipulis ſuis. et de
doctrina eius. Reſpondit ei ieſus. Ego palam locutus ſum
mundo. ego ſemper docui in ſynagoga et in templo. quo om
nes iudei conueniunt. et in occulto locut⁹ ſum nihil. Quid
me ĩterrogas. Interroga eos q̇ audierũt. q̇d locut⁹ ſum ipis
Ecce hij ſciunt q̇d dixerim ego. ☞ Hec aũt cum dixiſſet
vn⁹ aſſiſtẽs miniſtroꝝ dedit alapã ieſu dicẽs. Sic reſpõdes
põtifici. Rñdit ei ih̄s. Si male locut⁹ ſum teſtimoniũ ꝓhibe

Fugatio diſci-
pulorum.

Articulus. 3.
Ductio ad
Annam.

Prima nega-
tio petri.

Interrogatio
Anne.

Alapa chriſto
data.

Articulus.4.

de malo. ſi aũt bene quid me cedis. ☞ ¶ Et miſit eũ annas
ligatum ad caypham pontificẽ M ¶ principẽ ſacerdotuꝫ

Negatio Petri.2.et.3.

vbi R côuenerũt omnes ſacerdotes et ſcribe ¶ M et
phariſei ¶ R et ſeniores ☞ ¶ Petrus aũt a longe ſecutꝰ
eſt eum vſqꝫ intro in atrium ſummi ſacerdotis. L ¶ Et ac
cenſo igne in medio atrij. et circũſedentibus illis erat petrꝰ
in medio eorum. M ¶ Exeunte aũt illo ianuã. vidit eum
alia ancilla. et ait hijs qui erant ibi. Et hic erat cũ ieſu naza-
reno. L ¶ Et poſt puſillũ alius videns eum dixit. et tu de
illis es J ¶ Dixerũt ergo ei nunq̇d ꝛ tu ex diſcipulis eius
es. petrus ꝟo ait ¶ L ¶ O homo nõ ſum. ¶ M ¶ Et iterũ
negauit eum cum iuramẽto. qꝛ nõ noui hominẽ. Et poſt pu-
ſillũ L ¶ Interuallo facto quaſi hore vniꝰ ¶ M ¶ acceſſe-
runt q̇ ſtabãt. ꝛ dixerũt petro. Vere et tu ex illis es. nã et lo-
quela tua manifeſtũ te facit ¶ R Nã ꝛ galileus es ¶ J Di-
cit ei vnꝰ ex ſeruis pontificis. cognatꝰ eiꝰ cuiꝰ abſcidit auri-
culã. Nõne ego te vidi in orto cũ illo. Iterũ ergo negauit pe
trus. M ¶ tunc cepit ¶ R anathematizare ¶ M dete
ſtari et iurare. qꝛ non nouiſſet hominẽ R iſtũ quẽ dicitis
M et ꝯtinuo ¶ L ¶ adhuc eo loquẽte R ſtatim gallus
iterũ cantauit. ¶ L Et côuerſus dñs reſpexit petrũ. Et re
cordatus eſt petrꝰ verbi dñi M ieſu qđ dixerat. priuſq̃
cãtet gallus R bis. ter me negabis. ¶ M Et egreſſus fo

Continuatio quarti articli. Inquiſitio ſacerdotum.

ras fleuit amare. Principes aũt ſacerdotũ. ☞ ¶ R Sũmi
ſacerdotes. ꝛ oĩe côſiliũ q̃rebãt M ¶ falſum teſtimoniũ cõ
tra ieſũ. vt eũ morti traderẽt. ꝛ nõ inuenerũt cũ multi falſi te-
ſtes acceſſiſſent R ¶ et côuenientia teſtimonia nõ erãt M
Nouiſſime aũt venerũt duo falſi teſtes ꝛ dixerũt. hic dixit.
R ¶ Ego diſſoluã templũ hoc manufactũ et poſt triduũ ali-
ud nõ manufactũ edificabo. et nõ erat ꝯueniẽs teſtimonium
illoꝝ. Exurgẽs aũt ſummꝰ ſacerdos in mediũ. interrogauit
ieſum di. Nõ reſpõdes quicq̃ ad ea q̃ tibi obijciunt ab hijs.
M ¶ que iſti aduerſum te teſtificant. Ieſus aũt tacebat R
et nihil rñdit M ¶ Et pnceps ſacerdotũ ait illi. Adiuro te
ꝑ deũ viuũ. vt dicas nobis ſi tu es filius dei R benedicti.
M ¶ Dicit illi ieſus. tu dixiſti. R ¶ Ego ſum M Ve-
rũtamen dico vobis ammõ videbitis filiũ hoîs ſedentem a

dextris virtutis dei. et venientem in nubibus celi. Tunc pn̄
ceps ſacerdotum ſcidit veſtimēta ſua dicēs. Blaſphemauit.
Quid adhuc egem⁹ teſtib⁹? Ecce nunc audiſtis blaſphemiā
quid vobis videt̄? R Qui omēs ꝯdemnauerunt eū reū
eſſe mortis. ☞ L Et viri qui tenebāt eū illudebāt ei ce- Illuſio dñi.
dētes. M Tūc R ceperūt quidē cōſpuere M expu
erunt in faciē eius. L Et velauerunt eū. ⁊ ꝑcutiebāt faciē
eius. M et colaphis eū ceciderunt. Alij aūt palmas in
faciē ei⁹ dederūt dicētes. Propbetiza nobis chriſte. Quis
eſt qui te ꝑcuſſit. L Et alia mlt̄a blaſphemātes dicebāt
in eū. M Mane aūt facto ꝯſiliū inierūt oēs pn̄cipes ſa
cerdotū ⁊ ſeniores populi. L et ſcribe M aduerſus
ieſum vt eū morti traderēt L Et duxerūt illum in ꝯſilium
ſuū dicētes. Si tu es xp̄s dic nob̄. Et ait illis. Si vob̄ dixe
ro nō credit̄ mihi. Si aūt interrogauero nō rn̄debit̄ mihi
neq̄ dimittetis. Ex hoc aūt erit fili⁹ homīs ſedēs a dextris
virtut̄ dei. Dixerūt aūt oēs. Tu ergo es filius dei. Qui ait
Uos dicitis q2 ego ſum. At illi dixerunt. Quid adhuc deſi
deram⁹ teſtimoniū. Ipſi enī audiuimus de ore ei⁹. ☞ L Pars tercia
Et ſurgens omīs multitudo eoꝝ duxerunt illum M vin principalis
ctum I A caypha in pretorium: M Et tradiderūt
eū pontio pilato preſidi. I Et ipi nō introierūt in preto-
riū vt nō ꝯtamiarēt. ſ3 vt mādu carēt paſcha. Exiuit ḡ pilat⁹
foras ad eoſ. ☞ M Tūc vidēs iudas qui eū tradidit q2 Judas
damnatus eſſet penitētia ductus. retulit triginta argenteos Interpoſitio
pn̄cipibus ſacerdotū ⁊ ſeniorib⁹ dicēs peccaui tradens ſan- ſeu digreſſio
guinem iuſtū. At illi dixerunt. Quid ad nos. tu videris. Et
ꝓiectis argēteis in templo. receſſit. ⁊ abiens laqueo ſe ſuſpē-
dit. Principes aūt ſacerdotū acceptis argenteis dixerūt. nō
licet eos mittere in corbanā. q2 preciū ſanguinis eſt. Conſi-
lio aūt inito emerūt ex ipis agrū figuli i ſepulturā ꝑegrinorū
Propt̄ h̄ vocat⁹ ē ager ille ligua eoꝝ acheldemach h̄ ē aer ſan
guinis vſq3 in hodiernū diem. Tunc adimpletū eſt qđ dictū
eſt ꝑ hieremiā ꝓphetam dicentē. Et acceperūt triginta argē
teos p̄cium appreciati. quē appreciauerūt a filijs iſrael. et de-
derunt eos in agrū figuli. ſicut ꝯſtituit mihi dn̄s. Jeſus autē
ſtetit ante preſidem. ☞ I Et dixit. Quā accuſationez Proſecutio

affertis aduerſus hominez hunc. Reſponderunt ⁊ dixerūt
ſi non eſſet hic malefactor non tibi tradidiſſemus eum dicit
ergo eis pilatus. Accipite eum vos ⁊ ſm̄ legem veſtram iu-
dicate. Dixerūt ergo ei iudei. Nobis nō licet interficere quē
q̄ꝫ. vt ſermo ieſu impleret quem dixit. ſignificans qua morte
Accuſatio domini — eſſet moriturus. ☞ L ¶ Ceperunt autem illum accuſare
dicentes. Hunc inuenimus ſubuertere gentem noſtraz. Et
ꝓhibentem tributa dare ceſari. et dicentē ſe chriſtum regem
eſſe. ¶ J Introiuit ergo iterum in pretorium pilatus. ⁊ vo
cauit ieſum. ⁊ dixit ei. Tu es rex iudeorum. Reſpondit ieſus
a temetipſo hoc dicis An alij dixerunt tibi de me. Reſpōdit
pilatus. Nuquid iudeus ſum ego. Gens tua et pōtifices tui
tradiderunt te mihi. Quid feciſti. Reſpondit ieſus. Regnū
meū nō eſt de hoc mūdo. Si ex hoc mūdo eſſet regnuz meū
miniſtri mei vtiqꝫ decertarent. vt non traderer iudeis. nunc
autem regnum meum nō eſt hinc. Dixit itaqꝫ ei pilatus. Er
go rex tu es. Reſpondit ieſus tu dicis. q᷑ rex ſum ego. Ego
in hoc natus ſum. ⁊ ad hoc veni in mundum. vt teſtimoniuz
perhibeam veritati. Omnis qui eſt ex veritate audit vocem
meam. Dicit ei pilatus. Quid eſt veritas. Et cum hoc dixiſ
Excuſatio prima — ſet. Iterum exiuit ad iudeos ⁊ dixit eis. Ego nullaz inuenio
cauſam. ¶ L in hoc homine. At illi inualeſcebant dicētes
Alia accuſatō — Commouit populū docens ꝑ vniuerſam iudeam incipiēs a
Miſſio ad herodem — galilea vſqꝫ huc. ☞ ¶ Pilatus aūt audiēs galileam. interro
gauit ſi homo galileus eſſet. Et vt cognouit ꝙ de herodis
poteſtate eſſet. remiſit eum ad herodem. qui et ipſe hieroſoli
mis erat illis diebus. Herodes autē viſo ieſu gauiſus ē val-
de. Erat enim cupiens ex multo tp̄e videre eum. eo ꝙ audie
rat multa de eo. ⁊ ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri
Interrogabat eum multis ſermonibꝰ. At ipſe nihil illi reſpō
debat. Stabant autē principes ſacerdotū ⁊ ſcribe conſtāter
accuſantes eum. Spreuit aūt illum herodes cū exercitu ſuo
et illuſit indutum veſte alba. ⁊ remiſit ad pilatuz. Et facti ſūt
amici herodes ⁊ pilatꝰ in ipſa die. Nam antea inimici erant
Articulus. 2. — ad inuicem. ☞ ¶ Pilatus aūt vocatis principibꝰ ſacerdo-
Iudicis diſceptatio. — tum et magiſtratibus et plebe dixit ad illos. Obtuliſtis mi-
bi hunc hominem quaſi auertentem populum. ⁊ ecce ego co

ram vobis interrogans nullam cauſam inuenio in hoīe iſto Excuſatio.2.
ex hijs in quibus eum accuſaſtis. ſed neqȝ herodes. Nam re
miſi vos ad illum. et ecce nihil dignū morte actū eſt ei. Emē
datum ergo illū dimittā. Neceſſe aūt habebat dimittere eis
per diem feſtum vnum M vinctum quē voluiſſent ¶ R
quēcunqȝ petiſſent. J Et dicit eis. Eſt cōſuetudo vob
vt vnum dimittam in paſcha. ¶ M Habebāt tunc inſi/
gnem qui dicebat barrabas J Erat aūt barrabas latro
L ¶ qui ꝓpter ſeditionem quandā factam in ciuitate ⁊ homi
cidium. miſſus eſt ī carcerem. M ¶ Cōgregatis ergo illis
dixit pilatus. Quem vultis dimittam vobis . barraban an
ieſum qui dicitur chriſtus. J Vultis ergo dimittam vo
bis regem iudeorum. M Sciebat enim ꝙ per inuidiaȝ
tradidiſſent eū. L Exclamauit aūt ſimul vniuerſa turba
dicens. Tolle hunc et dimitte nobis barraban. Iterū auteȝ
pilatus locutus eſt ad eos. volēs dimittere ieſum. At illi ſuc/
clamabant dicentes. Crucifige Crucifige eum. Ille aūt ter
tio dixit ad illos. Quid emim mali fecit. Nullā cauſam mor Excuſatio.3.
tis inuenio in eo. Corripiā ergo eum et dimittam. ☞ ¶ J Articulus.3.
Tunc apprehendit pilatus ieſum et flagellauit. Et milites Flagellatio.
M ¶ preſidis ſuſcipientes ieſum in pretorio. R ¶ Duxe/
runt eum intro in atrium pretorij. M ¶ Congregauerūt
vniuerſam cohortem. et exuentes eum. clamidem coccineā.
J ¶ Veſte purpurea circūdederunt eum. ⁊ milites plectētes
coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eiꝰ. ¶ M Et arun
dinem in dextera eius. J Et veniebant ad eum ¶ M
Et genuflexu ante eum. ¶ R adorabant eum illudebant
ei dicentes. Aue rex iudeorum ¶ J Et dabant ei alapas.
M ¶ Et expuentes. ¶ R cōſpuerunt in eum. Et M
acceperunt arundinem et percuciebāt caput eius. J Exi
uit iterum pilatus foras et dicit eis. Ecce adduco vobis eū Excuſatio.4.
foras. vt cognoſcatis ꝙ nullam inuenio in eo cauſam. Exi
uit ergo ieſus portans ſpineam coronam. ⁊ purpureum ve/
ſtimentum. Et dicit eis. Ecce homo. Cum ergo vidiſſent
eum pōtifices et miniſtri clamauerūt dicētes. Crucifige cru
fige eum. Dicit eis pilatus. Accipite eum vos ⁊ crucifigite.
Ego eñ nō ī eo inuenio cauſam. Reſpōderūt ei iudei. Nos Excuſatio.5.

Alia excuſatõ

legem habemus et ꝫm legem debet mori. qꝛ filiuꝫ dei ſe fecit
Cum ergo pilatus audiſſet hunc ſermonẽ magis timuit. Et
ingreſſus eſt pretoriũ iteꝝ. et dicit ad ieſum. Unde es tu. Je
ſus aũt reſponſum nõ dedit ei. Dicit ergo ei pilatus. Mihi nõ
loqueris. Neſcis quia poteſtatẽ habeo crucifigere te. et po
teſtatem habeo dimittere te. Reſpõdit ieſus. Non haberes
poteſtatem aduerſus me vllam. niſi tibi datuꝫ eſſet deſuper.
Propterea qui me tradidit tibi. maius peccatũ habꝫ. Et ex
inde querebat pilatus dimittere eum. Judei aũt clamabãt
dicentes. Si hũc dimittis nõ es amicus ceſaris. Omis eñ
qui ſe regem facit cõtradicit ceſari. ☞ Pilatꝰ aũt cum au

Articulus. 4.
Seſſio ꝓ tribunali ad ferẽdũ ſententiã.

diſſet hos ſermones adduxit foris ieſum. et ſedit ꝓ tribunali
in loco q̃ dicit lycoſtratos. hebraice aũt gabbatha. Erat aũt
paraſceue paſche hora quaſi ſexta. R hora q̃ſi tertia. J
Et dicit iudeis. Ecce rex veſter. Jlli aũt clamabant. Tolle
tolle. crucifige eum. Dicit eis pilatus. Regem veſtrũ crucifi
gam. Rñderũt põtifices. Nõ habemꝰ regẽ niſi ceſarẽ. R
Et accuſabãt eũ ſũmi ſacerdotes i multis M Et cũ accu
ſaret a ꝑncipib ſacerdotũ ⁊ ſeniorib nihil rñdit. R Pila
tus ãt rurſuꝫ iterrogauit eũ. d. Nõ rñdes q̃cq̃. Uides i q̃n
tis te accuſant. M Nõ audis q̃ꝫta aduerſuꝫ te dicũt teſti
monia. Et nõ rñdit ei ad vllũ verbũ R Jeſus aũt amplꝰ
nihil reſpõdit. ita vt miraret pilatꝰ. M Preſes vehemẽ
ter. Sedente aũt illo ꝓ tribunali miſit ad eum vxor eius. d.
Nihil tibi ⁊ iuſto illi. Multa eñ paſſa ſũ hodie ꝑ viſũ ꝓpt eũ.
R Et cũ aſcẽdiſſet turba cepit rogare ſic̃ ſemꝑ faciebat illis
M ꝑncipes aũt ſacerdotũ ⁊ ſeniores ꝑſuaſert R cõcita
uerũt turbã M vt peterẽt barraban. ihm vo ꝑderẽt. Rñ
dẽs aũt pſes ait ill. Quẽ vultꝫ vob ð duob dimitti. At illi di

Excuſatio. 6.

xerũt barrabã. Dic̃ ill pilatꝰ. Quid ergo faciã ð ihu. q̃ ðꝛ xp̃c. di
cũt oẽs. crucifigat. Ait illis pſes. Quid eñ mali fecit. At illi
magꝫ inſtabãt dicentes. Crucifigat L Jnſtabãt magnis
vocib poſtulãtes. vt crucifigeret. ⁊ iualeſcebãt voces eorũ.
M Uidẽs aũt pſes q nihil ꝓficeret. ſꝫ magis tumultꝰ fie

Excuſatio. 7.

ret. accepta aqua lauit manꝰ corã ꝓplo. d. Jnnocẽs ego ſuꝫ a
ſanguie huiꝰ iuſti. vos videritꝫ. Et rñdẽs vniuerſus ꝓpls di

Sententia

xit. Sãguis eiꝰ ſuꝑ nos. ⁊ ſuꝑ filios nr̃os Tũc R Pilatꝰ

volens populo ſatiſfacere adiudicauit fieri petitionem eoꝝ.
L Dimiſit aũt illis eũ q̇ ꝓpter ſeditionẽ miſſus fuit in car-
cere M Barrraban L quẽ petebãt. Ieſum ꝟo R fla
Pars.4.
gellis ceſum L tradidit volũtati eoꝝ. R vt crucifigere
Eductio.
tur. M Tunc milites ſuſcipiẽtes ieſum in p̄torio. et
poſtq̄ȝ illuſerũt ei exuerunt eũ. R purpura M clamide
coccinea. ⁊ induerũt eũ veſtimẽtis ſuis. J Et eduxerũt eũ
Et baiulãs ſibi crucẽ exiuit i eũ q̇ dicit᷑ caluarie locũ. hebrai-
ce aũt golgatha M vt crucifigeret᷑. L Et cũ ducerẽt
eũ apprehenderũt. M hoiez cyronenſem noie ſymonem.
L venientẽ de villa. R patrem alexandri ⁊ rufi M
Hũc angariauerũt vt tolleret crucẽ ei⁹. L Et impoſuer̃t
illi crucẽ portare poſt ieſum. Seq̄bat᷑ illũ multa turba ppl̃i
Sequela plã-
et mulieꝝ. q̄ plangebãt ⁊ lamẽtabant᷑ eũ. Cõuerſus aũt ad il-
gentium.
las ieſus dixit. Filie hieruſalẽ nolite flere ſup me. ſed ſup vos
ip̄as flete ⁊ ſup filios v̄ros. Q̄m ecce veniẽt dies in quibꝫ di
cẽt. btẽ ſteriles ⁊ vẽtres q̄ nõ genuerũt. ⁊ vbera q̄ nõ lactaue-
rũt. Tunc incipiẽt dicere mõtibꝫ cadite ſup nos. et collibus
operite nos. Quia ſi in viridi ligno hec faciũt. in arido q̇d fi
et. Ducebant᷑ aũt ⁊ alij duo neq̄m cum eo. vt interficerent᷑.
M Et venerũt in locũ q̇ dicit᷑ golgatha. q̇d eſt caluarie lo
cus ⁊ dederũt ei vinũ R mirratũ M bibere cum felle
Articulus.2.
mixtum. Et cũ guſtaſſet noluit bibere. L Ibi crucifixerũt
Crucifixio.
eũ. Et J cũ eo alios duos. L latrones. J hinc ⁊ hic
L vnũ a dextris aliũ a ſiniſtris. J Medium aũt ieſum.
R Et impleta eſt ſcriptura q̄ dicit ⁊ cũ iniquis reputatus
Articulus.3.
eſt. L Ieſus aũt dicebat. Pater dimitte illis. Nõ eni ſci-
Teſtamentuȝ
unt q̇d faciũt. J Scripſit aũt ⁊ titulũ pilatus. ⁊ poſuit ſu
ſeptẽ verboꝝ.
per crucẽ. M ſup caput eius cauſam ipſius ſcriptã J
Titulus
Erat aũt ſcriptũ M Hic eſt ieſus J nazarenus rex iu
deorũ. Hunc ergo titulũ multi iudeoꝝ legerũt. qꝛ ꝓpe ciui-
tatem erat locus vbi crucifixus eſt ieſus. ⁊ erat ſcriptum he-
braice grece ⁊ latine. Dicebãt ergo pilato pontifices iudeoꝝ
Noli ſcribere rex iudeoꝝ. ſed qꝛ ipſe dixit rex ſum iudeorũ.
Veſtium diui
Reſpõdit pilatus. Q̇d ſcripſi ſcripſi. Milites ergo cũ cru
ſio.
cifixiſſent eũ acceperũt veſtimenta eius. ⁊ fecerunt q̄ttuor p-
tes. vnicuiq̄ȝ militi partẽ. et tunicã. Erat aũt tunica incõſu-

tilis deſuper contexta ꝑ totum. Dixerunt ꝗ͛ adinuicem. No
ſcindamus eā. ſed ſortiamur de illa cuiꝰ ſit. vt ſcriptura iple-
retur. d. Partiti ſunt veſtimēta mea ſibi. ⁊ in veſtē meā miſe-
runt ſortē. Et milites quidē hec fecerūt M Et ſedētes
Blaſphema- ſeruabāt eū ☞ R Et p̄tereūtes blaſphemabant eum mo
tio et irriſio. uētes capita ſua ⁊ dicētes. Vach ꝙ deſtruis templū dei. et in
triduo illud reedificas. ſaluum fac temetip̄m M Si fili-
us dei es deſcēde de cruce. Similiter et principes ſacerdo-
tum illudētes R ad alterutrū. cū ſcribis et phariſeis di-
cebāt. Alios ſaluos fecit ſeip̄m nō p̄ot ſaluū facere. xp̄s M
ſi rex iſrael eſt. deſcēdat nūc de cruce. R vt videamꝰ ⁊ cre-
damus ei. M Confidit in deo. liberet eum nunc ſi vult.
Dixit eñi qꝫ filius dei ſum. L Et ſtabat populus expe-
ctās. ⁊ deridebāt eū p̄ncipes cū eis dicētes. Alios ſaluos fe
cit. ſe ſaluū faciat. Si hic eſt chriſtꝰ dei electus. Illudebant
autem ei ⁊ milites accedentes ⁊ acetum offerentes ei. et dicē
Latronis cō- tes. Si tu es rex iudeorum ſaluum te fac. ☞ M Id
uerſio. ipſum autem et latrones qui crucifixi erant cum eo impro-pe
rabant ei. R conuiciabātur ei. L Unus autem de
hijs qui pependebant latronibus blaſphemabat eum dicēs
Si tu es chriſtus ſaluum fac teipſum ⁊ nos. Rñdens aūt al
ter increpabat eū. d. Neqꝫ tu times deum qui in eadē dam-
natione es. Et nos quidē iuſte. Nam digna factis recipimꝰ
Hic ꝟo nihil mali geſſit. Et dicebat ad ieſum. Dñe. memen
to mei dū veneris in regnum tuum. Et dixit illi ieſus. Amē
Matris com dico tibi hodie mecum eris in paradiſo. ☞ J Stabat
mendatio. autē iuxta crucē ieſu mater eiꝰ. ⁊ ſoror matris eiꝰ maria cleo-
phe. et maria magdalene. Cum vidiſſet ergo ieſus matrē et
diſcipulū ſtantē quē diligebat. dicit matri ſue. Mulier ecce
filius tuus. deinde dicit diſcipl'o. ecce mater tua. et ex illa ho
Tenebre ra accepit eam diſcipulus in ſuā. ☞ M A ſexta aūt ho
ra tenebre facte ſunt ſup vniuerſam terrā vſqꝫ ad horā nonā
L Et obſcuratus eſt ſol. M Et circa horā nonā cla-
Heli mauit ieſus voce magna. Heli heli lamazabatani. Hoc eſt
deus meus. deus meus. vt quid dereliquiſti me. Quidā aūt
illic ſtantes et audiētes dicebāt. Heliam vocat iſte. Ceteri
ꝟo dicebant: ſine. videamus ſi venit helias liberans eū. R

ad deponendum eum. ☞ J Poſtea ſciens ieſus qꝛ om̄ia Sitio
ꝯſummata ſunt. vt ꝯſummaret̃ ſcriptura dicit: Sicio. Uas
autē erat poſitū aceto plenum. M Et cōtinuo vnꝰ ex eis
acceptā ſpongiā impleuit aceto J yſopo circūponēs M
impoſuit arundini J obtulit ori eiꝰ. M et dabat ei bi
bere R et nō accepit M et cum guſtaſſet noluit bibere.
J Cum ergo accepiſſet ieſus acetum dixit. Cōſūmatum eſt.
☞ M Jeſus autē iteꝝ clamās voce magna L ait. pa Articulus .4.
ter in manꝰ tuas cōmendo ſpiritum meum. et hec dicēs J Jn manus t.
Jnclinato capite L expirauit J tradidit ſpirituꝫ M Expiratio
Et ecce velum tēpli ſciſſum eſt in duas ptes. a ſummo vſqꝫ Compaſſio
deorſum. Et terra mota eſt. Et petre ſciſſe ſūt. Et monumē nature
ta aperta ſunt. Et multa corpora ſanctoꝝ ꝗ dormierunt ſur-
rexerunt. Et exeuntes de monumētis poſt reſurrectionē eiꝰ
venerunt in ſanctam ciuitatem. ⁊ apparuerunt multis. Cen Cōuerſio cen
turio autē ⁊ ꝗ cū eo erāt cuſtodiētes ieſum. viſo terremotu et turionis
hijs que fiebant R et ꝙ ſic clamans expiraſſet M ti-
muerunt valde dicētes. Uere. filius dei erat iſte L Et cē
turio glorificabat deum. d. Uere hic hō iuſtꝰ erat. Et om̄is
turba eoꝝ que ſimul aderat ad ſpectaculum iſtud. ⁊ videbant
que fiebant. ꝑcutientes pectora ſua reuertebant̃. Stabāt au Aſſiſtētia mu-
tem omnes noti eius et mulieres M multe a longe. que lierum
ſecute erant ieſum a galilea miniſtrantes ei R de lōge
aſpicientes L et hec videntes M Jnter quas erāt
maria magdalene. ⁊ maria iacobi R minoris ⁊ ioſeph ma
ter ⁊ ſalome M et mater filiorum zebedei L Et alie
multe que ſimul cū eo aſcenderāt hieroſolimā J Judei ergo Lanceatio
qm̄ paraſceue erat vt nō remanerēt corpora ī cruce ſabbato.
Erat enī magnꝰ dies ille ſabbati. rogauerūt pilatū vt frāge-
rent̃ eoꝝ crura. ⁊ tollerent̃. Uenerunt ergo milites ⁊ ꝑmi q̇dē fre
gerunt crura. ⁊ alteriꝰ ꝗ crucifixus eſt cum eo. Ad ieſum aūt
cum veniſſent. vt viderunt eum iam mortuum. nō fregerunt
eius crura. Sꝫ vnꝰ militū lancea latus eiꝰ aperuit ⁊ cōtinuo
exiuit ſanguis et aqua. Et ꝗ vidit teſtimoniū ꝑhibuit. ⁊ veꝝ
